Secunda hac parte continentur.

I.

R*Eſpublica Carthaginienſium.*

II.

Appendix de Situ, amplitudine, magnificentia, Portu Carthaginis.

III.

De Republica & Legibus Cretenſium.

IV.

De Republica Argivorum.

V.

De Republica Thebanorum.

VI.

De Republica Corinthiorum.

VII.

De Republica Syracuſana.

BIBLIOTECA UNIVERSITARI

VIII.
De Republica Corcyræorum.
IX.
De Samo & eius Republica.
X.
De Chio & eius Statu ac fortuna.
XI.
De Republ. & Statu Rhodiorum.
XII.
De Repub. & fortuna Achæorum.
XIII.
De Repub. & fortuna Ætolorum.
XIV.
De Statu Acarnanum.
XV.
De Statu Epiri.
XVI.
De Concilio Amphictyonico.
XVII.
De Statu & Repub. Maſſilienſium.
XVIII.
De Repub. Locrenſium in Italia.
XIX.
De Lyciorum Rep. in Aſia.

I.

DE REPVBLICA CARTHAGINIENSIVM.

FVIT eodem tempore, quo floruit Lacedæmon, & ſæculis proximè ſecutis, illuſtris quoque & præpotens civitas Carthaginienſis, in Africâ ſita ipſo in litore, cujus rempublicam liberam cum Lacedæmoniâ comparat Ariſtoteles, politicorum lib. II, cap. IX. Hæc à Didone Phœniciâ tyrannidem fratris Pigmalionis cum Phœnicibus aliis fugiente condita, regio imperio aliquandiu gubernata fuit. Deinde eo repudiato libertatem arripuit, ac priuſquàm benè compoſitas res, & ſtabilem recteque formatum ſtatum obtineret, varios caſus eſt perpeſſa, quorum pleroſque compendio recitat ex Trogo Iuſtinus hiſtoricus libro XIX, & proximè ſequentibus. In formandâ verò republicâ ſuâ ſine dubio multa mutuata fuit à conditoribus ſuis Tyriis, quorum